

Edward Szafrowski

Posoborowe prawodawstwo kościelne : 27. Motu proprio "Peculiare ius" dotyczące używania ołtarza Papieskiego w Patriarchalnych Bazylikach Rzymskich

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 13/1-2, 249-254

1970

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

Ex Aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 16 Iunii 1968.

W Siedzibie Kongregacji Obrzędów, dnia 6 czerwca 1968 roku.

Benno Card. Gut, Praefectus

Benon Kard. Gut
Prefekt

L. † S.

† F. Antonelli, Archiep. tit. Idicren.,
Secretarius

† F. Antonelli, Arcbp tyt. Idykry,
Sekretarz

27

MOTU PROPRIO „PECULIARE IUS”

dotyczące używania ołtarza Papieskiego w Patriarchalnych Bazylikach Rzymskich

De altaris Pontificii usu in Patriarchalibus Basilicis Romanis

(AAS 58 (1966) 119—122)

PAULUS PP. VI

Pap. PAWEŁ VI

PECULIARE IUS, quo sive Romae sive Asiae in Basilicis Patriarchalibus altaris Pontificii usus regitur, plane indicat quae praecipui honoris significationes sint illis Basilicis habendae, ex eo quod ad Summum Pontificem proprio quodam titulo pertinent.

Ex quo singulari iure, ut inter omnes constat, ad harum Basilicarum altare primarium unus Summus Pontifex Sacrum facere potest; nemini vero alii hoc licet, nisi ex ipsius Pontificis venia¹.

Hoc autem privilegium ex vetere eo usu natum esse videtur, pro quo uni Episcopo attribuebatur princeps

SZCZEGÓLNE PRAWO, regulujące korzystanie z ołtarza Papieskiego w Bazylikach Patriarchalnych czy to Rzymu czy Azji wyraźnie wskazuje na szczególne uprzywilejowanie należne tym bazylikom z tej racji, że stanowią niejako własność Papieża.

Na podstawie tego szczególnego prawa — jak to wszystkim jest wiadome — tylko Ojciec św. może odprawiać Mszę św. przy głównym ołtarzu tych bazylik; nikomu zaś innemu nie wolno tego czynić bez zezwolenia samego Papieża¹.

Jak się wydaje przywilej ten ma swoje źródło w starej praktyce, na podstawie której rezerwowano tyl-

¹ Cfr. C.I.C. can. 823, § 3.

sacrae aedis altare, ubi exstabat ipsius Episcopi cathedra; ob eam scilicet causam, ut palam ostenderetur, omnes dioecesis christifideles et in unam convenire fidentem, et uni adhaerere Pastori, et uni circumfundi altari; iuxta illud S. Ignatii Anthiocheni: una enim est caro Domini nostri Jesu Christi, et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare, sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis, conservis meis².

Ex longa consuetudine, Romae uni Summo Pontifici altaria Basilicarum addicebantur, quae ad Patriarchium, hoc est ad sedem Summi Pontificis, pertinebant, quaequae in litteratis monumentis mediae, quam vocant, aetatis etiam Patriarchatus nomine designabantur³.

Quae tamen disciplina non erat initio perinde gravis, ut nostris hisce diebus. Etenim saeculo V Decessor Noster f.m. Simplicius constituit, ut, in Basilicis S. Petri, S. Pauli et S. Laurentii, Presbyteri Titulorum certarum regionum Urbis per hebdomadam sacros ritus conficerent;⁴ quod postea etiam quoad Basilicam S. Mariae Maioris factum esse scimus. Constat praeterea iam saeculo IX divinum cultum, ita ordinatum ut diximus, a VII Cardinalibus Presbyteris in unaquaque IV Basilicarum Patriarchalium pe-

ko biskupowi główny ołtarz świątyni, przy którym też znajdowała się katedra (tron) biskupa. Chodziło zaś o to, by wyraźnie podkreślić, że wszyscy wierni danej diecezji wyznają tę samą wiarę, złączeni są z jednym pasterzem i przy jednym gromadzą się ołtarzu; zgodnie z tym, co mówi św. Ignacy Antiocheński: „jedno bowiem jest Ciało Pana naszego Jezusa Chrystusa i jeden kielich w jedności Krwi Jego, jeden ołtarz, jak jeden biskup z prezbiterium i diakonami moimi współslugami².

Na podstawie dawnej już praktyki ołtarze bazylik rzymskich rezerwowano tylko Papieżowi. Należały one do domu papieskiego, tj. do siedziby Papieża, a w pomnikach piśmiennictwa średniowiecznego określano je imieniem „Patriarchatu”³.

Jednakże wspomniana praktyka nie była początkowo tak ostro przestrzegana jak obecnie. W V bowiem wieku Poprzednik nasz, ś.p. Simpliciusz zarządził, by w bazylikach św. Piotra, św. Pawła i św. Wawrzyńca spełniali po tygodniu święte obrzędy Prezbiterzy Tytułów określonych okręgów Rzymu⁴. Wiadomo, że później rozciągnięto to również na bazylikę Matki Bożej Większej. Wiadomo ponadto, że już w IX w. służba Boża — zorganizowana jak to wyżej zaznaczono — sprawowana była przez 7 Kardynałów Prezbiterów w każdej z czte-

² Ad Phil. 4; cfr. etiam Ad Magn. 7; et Ad Smyrn. 8.

³ Cfr. *Descriptio Lateranensis Ecclesiae*, cap. 9, ed. R. Valentini — G. Zucchetti, Codice Topografico della città di Roma, III, Roma 1946, p. 344.

⁴ Cfr. *Liber Pontificalis*, L. Duchesne, I, Parisiis 1886, p. 249.

ragi consuevisse⁵. In Basilica autem Lateranensi hos sacros hebdomadales ritus, ad medium saeculum VIII, obibant VII Cardinales Episcopi, sedibus praepositi, quae proxime ad Romam adiacebant. Quibus Decessor Noster b.m. Stephanus III illud quoque munus detulit, ut singulis diebus dominicis super altare S. Petri Sacris operarentur⁶.

Sed postea, rerum temporumque adiunctis mutatis, factum est pedetemptim, ut disciplina, ex qua altaris Pontificii usus uni Summo Pontifici servabatur, severius exigerentur, eamque ad ultimum haberet iuris formulam, quam Decessor Noster f.r. Benedictus XIV statuit⁷, quamque Codex Iuris Canonici assumpsit.

Attamen nunc res ac tempus a Nobis postulare videntur, ut in Patriarchalibus Basilicis Romanis huic privilegio laxamentum quoddam demus. Primum enim opportunum putamus, sollemnioribus Ecclesiae diebus festis, cum scilicet frequentior est christiani populi in templum concursus, in hisce Basilicis sacrum peragi loco elato et centrali; ita nempe ut, ad Concilii Oecumenici Vaticani II optata, altare revera centrum sit, quo totius congregationis fidelium attentio sponte convertatur⁸. Deinde nostro hoc tempore Romae saepenumero catholicorum congressiones vel conventus varias ob causas habentur,

rech Bazylik Patriarchalnych⁵. Natomiast w Bazylice Lateraneńskiej wspomniane tygodniowe święte obrzędy sprawowali w połowie VIII w. Kardynałowie Biskupi, przełożeni stolic położonych najbliżej Rzymu. Im to nasz Poprzednik ś.p. Stefan III dodał także obowiązek odprawiania w poszczególne niedziele Mszy św. na ołtarzu św. Piotra⁶.

Później jednak, na skutek zmiany warunków historycznych, powoli doszło do tego, że ostrzej zaczęto przestrzegać praktykę zezwowania papieskiego ołtarza wyłącznie Papieżowi, aż w końcu przybrała ona formę prawa, które ustanowił nasz Poprzednik ś.p. Benedykt XIV⁷, co też przejął Kodeks Prawa Kanonicznego.

Jednakże współczesne okoliczności zdają się od Nas wymagać, byśmy wprowadzili pewne rozluźnienie co do owego przywileju. Otóż najpierw sądzimy, że jest rzeczą pożyteczną, ażeby w bardziej uroczyste kościelne dni świąteczne, gdy mianowicie ma miejsce większy napływ chrześcijańskiego ludu do świątyni — odprawiać we wspomnianych bazylikach Mszę św. w miejscu widocznym i centralnym, w ten mianowicie sposób, by zgodnie z życzeniem Powszechnego Soboru Watykańskiego II ołtarz był rzeczywiście centrum, ku któremu zwraca się spontanicznie uwaga całego zgromadzenia wiernych⁸. Na-

⁵ Cfr. lib. comm. *Descriptio Lateranensis Ecclesiae*.

⁶ Cfr. lib. comm. *Liber Pontificalis*, p. 478.

⁷ Cfr. *Fontes Codicis Iuris Canonici*.

⁸ *Instructio ad executionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinanda*, die 26 Sept. a. 1964 edita, n. 91.

quibus, ut plurimum, magna hominum multitudo interest; qui fere saltem semel, in aedem sacram, ingenti numeri capacem, coguntur, ut divinis assistant. Praeterea hodie Romam frequentiores quam antea, pietatis causa, confluunt undique terrarum christianorum turmae; quibus, cum in primis optent Patriarchales Basilicas invisere et Sacris ibidem interesse, opus est bene patentem aram parare.

Quapropter, aliquid de vigente lege immutantes, concedimus, ut ad altare Pontificium, praeterquam a Romano Pontifice, ab aliis etiam Eucharisticum Sacrificium confici possit, his tamen modis statutis:

1. Ut patet, nulla de hac re concessio impertietur, ad eam Basilicam et ad eum diem quod attinet, in quibus ipse Summus Pontifex sacris operari statuerit.

Quod cum, perspicuas ob rationes, in Basilica Petriana crebrius evenire possit, venia ilcirco rarius dabitur Sacrum peragendi ad altare Pontificium huius Basilicae.

2. Nostra huiuscemodi concessio ad Patriarchales tantum Basilicas spectat, quae Romae sunt: hoc est ad Archibasilicam Lateranensem, et ad Basilicas S. Petri, S. Pauli, S. Mariae Maioris, S. Laurentii extra moenia.

stępnie obecnie częstokroć mają miejsce w Rzymie kongresy i zjazdy katolików, w których najczęściej bierze udział wielka liczba osób. Winni się oni przynajmniej raz zebrać w obszernej świątyni dla uczestniczenia w świętych czynnościach. Ponadto dziś znacznie częściej niż poprzednio napływają do Rzymu zewsząd pielgrzymki chrześcijan kierowanych pobożnością. Dla nich to pragnących w pierwszym rzędzie nawiedzić Bazylikę Patriarchalną i uczestniczyć tam we Mszy św., należy przygotować dobrze widoczny ołtarz.

Z tej to racji, zmieniając nieco obowiązujące dotychczas prawo, zezwalamy, aby na ołtarzu papieskim mogli, oprócz Ojca św., sprawować Ofiarę Eucharystyczną także inni, przy zachowaniu następujących warunków:

1. Jasną jest rzeczą, że nie udziela się w tej materii żadnego zezwolenia w wypadku, gdy Papież ustalił już bazylikę i dzień, kiedy to osobiście ma sprawować święte czynności.

Ponieważ ze zrozumiałych racji może to mieć częściej zastosowanie w odniesieniu do bazyliki Piotrowej, stąd rzadziej będzie udzielane zezwolenie na sprawowanie Mszy św. na ołtarzu papieskim tej bazyliki.

2. Powyższe nasze zezwolenie dotyczy tylko Bazylik Patriarchalnych znajdujących się w Rzymie, tj. Archibazyliki Lateraneńskiej i bazylik św. Piotra, św. Pawła, Matki Bożej Większej i św. Wawrzyńca za murami.

3. Hac concessione frui dumtaxat poterunt:

a) In sua quisque Basilica, Cardinalis Basilicae Archipresbyter, aut eo ab Urbe absente vel impedito, Episcopus eius vices gerens, vel ab eo delegatus;

b) In Archibasilica Lateranensi, Cardinalis in Urbe Vicarius, vel Episcopus eius vices gerens;

c) In Basilica S. Pauli, Abbas eidem templo praepositus;

d) In Basilica S. Laurentii extra moenia, Abbas Commendatarius, quem vocant;

e) In qualibet Patriarchali Basilica, Episcopus quicumque magnum peregrinorum numerum ducit;

f) Ad has Basilicas Patriarchales Romanas quod spectat, est Nobis in animo privilegiis nullo modo derogare, quibus certis diebus festis, Praelati quidam iam fruuntur.

4. Causa ob quam huiusmodi venia datur, in frequentissimo fidelium concursu semper ponenda est: sive ob sollemnes Ecclesiae dies festos primae classis; sive ob congressiones et conventus, varia de causa actos; sive ob numerosam peregrinationem, Romam ductam.

5. Ne autem concessionibus superent concessionibus, necessarium arbitramur, eas tantummodo ab eo Viro tribui, qui Basilicae Patriarchali moderatur.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

3. Z niniejszego zezwolenia będą mogli korzystać tylko:

a) W swojej bazylice Kardynał Archiprezbiter Bazyliki, ewentualnie w razie jego nieobecności w Rzymie lub przeszkodzenia, biskup zastępujący go albo przez niego delegowany;

b) W Archibazylice Laterańskiej, Kardynał Wikariusz Rzymu lub zastępujący go biskup;

c) W bazylice św. Pawła opat zarządzający tą świątynią;

d) W bazylice św. Wawrzyńca za murami tzw. opat komendatoryjny;

e) W każdej bazylice patriarchalnej jakikolwiek biskup przewodniczący wielkiej pielgrzymce;

f) Nie zamierzamy odwoływać (ograniczać) w żaden sposób przywilejów, jakie posiadają już niektórzy prałaci w odniesieniu do pewnych dni świątecznych.

4. Racją, dla której udziela się takiego zezwolenia jest zawsze duży napływ wiernych: czy to z racji uroczystych świąt kościelnych pierwszej klasy, czy z racji zjazdów i zebrań dokonywanych z różnych przyczyn, czy wreszcie z racji licznej pielgrzymki przybyłej do Rzymu.

5. Aby zaś nie dublować zezwoleń, uważamy, że jest rzeczą konieczną, by udzielał ich ten, kto zarządza bazyliką patriarchalną.

Co zaś tym naszym pismem wydanym z własnej woli zostało postanowione, nakazujemy uważać za zatwierdzone bez względu na jakiegokolwiek przeciwne zarządzenia.

Datum Romae, apud Sanctum
Petrum die VIII mensis Februarii,
anno MCMLXVI, Pontificatus Nostri
tertio.

PAULUS PP. VI

Dan w Rzymie, u św. Piotra,
dnia 8 lutego 1966 roku trzeciego
Naszego Pontyfikatu.

PAP. PAWEŁ VI

28

PISMO PAPIESKIE
USTANAWIAJĄCE NAJŚW. MARYJĘ PANNE PATRONKĄ UNII
APOSTOLSTWA CHORYCH

PAULUS PP. VI

PAP. PAWEŁ VI

Ad perpetuam rei memoriam.
„Opera bona, quae nos christia-
nos esse confirmant” — S. Aug.,
Miscellanea Agostiana, I, L.G. Mo-
rin, 5, n. 1, p. 606 —, non modica
ex parte pertinent eo, ut, qui ad-
versae valetudinis vexantur moles-
tiis morbique doloribus discrucian-
tur, levationem atque solacium ac-
cipiant. Quibus christiana caritatis
officiis Deipara Virgo merito prae-
esse putatur, utpote quae, pie ex-
orata, aerumnosos et miseros levare
maternis curis non desinat. Eam
igitur, quae ut „Salus infirmorum”
ab Ecclesia invocatur, Sodales
„Piae Unionis Apostolatus pro In-
firmis” et omnes aegroti in Polonia
sigulari religionis studio excolere
perhibentur et caelestem Patronam
suam elegisse.

Itaque Dilectus Filius Noster
Stephanus Sanctae Romanae Eccl.
Presbyter Cardinalis Wyszynski,
Archiepiscopus Gnesnensis et Var-
saviensis, nomine cunctorum Polo-

Na wieczną rzeczcy pamiętkę.
„Dobre uczynki, które stwierdza-
ją, że jesteśmy chrześcijanami” —
św. Aug., Miscellanea Agostiniana,
I, L.G. Morin, 5, n. 1, p. 606 —,
w poważnej części sprowadzają się
do tego, aby nieść ulgę i pociechę
tym, którzy doświadczają zmart-
wień na skutek niedomagań zdro-
wotnych i są przygniecenii cierpie-
niami z powodu choroby. Słusznie
się sądzi, że takim obowiązkom
chrześcijańskiej miłości przewodni-
czy Bogarodzica Dziewica, ponieważ
gdy jest pobożnie wzywana nie
przestaje matczyną troską wspo-
magać cierpiących i biednych. Ją
przeto, którą wzywa Kościół jako
„uzdrowienie chorych”, członkowie
„Unii Apostolstwa Chorych” oraz
wszyscy chorzy w Polsce czczą
w sposób szczególny i wybrali jako
swoją niebieską Patronkę.

Poprosił Nas przeto umiłowany
nasz Syn Stefan Kardynał Wyszyn-
ski, Prezbiter Świętego Kościoła
Rzymskiego, Arcybiskup Gnieźnień-
ski i Warszawski — w imieniu